

7891 tabulae optime servatae sunt solitoque et crassiores (scil. mill. circ. 2) et maiores (longae cent. 17, latae cent. 14, cum n. 7890 Nervae longae sint c. 15, lat. 11; n. 7854 Hadriani long. 11.5, lat. 9.6; n. 7855 eiusdem long. 16, lat. 13). Loci numerus extrinsecus et testium nomina post tempus adiecta esse visa sunt Vesmio; mihi aes recognoscenti id non apparuit. Repertae sunt tabulae in agro vici Anela (inter Bono et Benetutti in planitie fl. Tirsi) loco distante ab Anela min. 20 q. d. Carchinarru [i. e. calcinaccio] m. Martio a. 1871 a femina Saturnina Cocci. A. 1877 fuerunt apud Spanum destinatae museo Sassarensi, cui iam inlatae sunt. *Le due lamelle erano unite con un filo a più doppi di rame inargentato, passante a modo di anello a traverso a ciascun paio di fori. Ora i tre soli che sono sulla medesima linea hanno tuttora tali anelli, il quarto essendosi dovuto tagliar per poter aprire il diploma SPANO. Lo Spano mi dice che quando fu trovato, aveva ancora tracce dei sigilli. Ora certo non ne conserva vestigio; soltanto laddove il resto della facciata esterna delle tavolette è ruvido ed ossidato, la striscia dov' erano i sigilli è liscia e lucente VESME.*

intus: tabella prior.

SER · GALBA · IMPERATOR CAESAR · AVG PONTI
MAX · TRIBVNICIA · POTEST · COS · DESIG · II
VETERANIS QVI MILITAVERVNT IN LEGIONE
I · ADIVTRICE · HONESTAM · MISSIONEM · ET
5 CIVITATEM · DEDIT · IPSIS · LIBERIS · POSTERIS
QVE EORVM ET · CONVBIVM · CVM · VXORI
BVS · QVAS · TVNC · HABVISSENT · CVM · EST · CI
VITAS IIS · DATA · AVT · SIQVI · CAELIBES · ESSENT
CVM · IIS · QVAS · POSTEA · DVXISSENT · DVM
10 TAXAT · SINGVLI · SINGVLAS · ANTE
DIEM XI · K IANVAR

d. Dec. 22

tabella posterior.

C · BELLICO · NATALE · P · CORNELIO · SCIPIONE a. 68
ASIATICO · COS
TAB II PAG V LOC
15 VRSARI TORNALIS F SARD

DESCRIPTVM ET · RECOGNITVM · EX · IABVLA sic
AENEA · QVAE FIXA EST ROMAE IN CAPITOLIO
AD ARA GENTIS IVLIAE LATERE DEXTRO

extr. 18 littera D bis videtur incisa esse, cum primum iusto altius collocata esset. — 20 ENECIO in aere est, non SENECIO; sed cum vacet spatium in principio, aerarius dum minio scripta stilo exarat, primam litteram praetermisit videtur. — 21 I-GRAECIAII cernitur. — 24 in aere quamquam cernitur fere CALITONIS VEL, non dubitavi ponere quod aerarius scribere sibi visus est. — 25 IVTAIC aes; sed voluit qui scripsit IVTRIC. — 26 AIACRI aes.

Ser. Galba imperator Caesar Aug(ustus) ponti(fex) max(imus) tribunicia potestat(e)¹, co(n)s(ul) design(atus) II veteranis, qui militaverunt in legione I adiutrice, honestam missionem et civitatem dedit, quorum nomina subscripta sunt², ipsis liberis posterisque eorum, et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut, siqui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dum taxat singuli singulas. ante diem XI k(alendas) Ianuar(ias) C. Bellico Natale P. Cornelio Scipione Asiatico co(n)s(ulibus). Tab(ula) II pag(in)a V loc(us) XVIII³ Ursari Tornalis f. Sardo. Descriptum et recognitum ex tabula aenea quae fixa est Romae in Capitolio ad aram⁴ gentis Iuliae latere dextro.

Recognovi. Edidit Iosephus Spano primum in libello *mem. sopra l'antica cattedrale di Galtelli e scoperte del 1872* (1873) p. 37 et in altero *scoperte archeologiche fatte in Sardegna in tutto l'anno 1873* p. 25, deinde in actorum minorum academiae Taurinensis vol. IX (1873/4) p. 887—897 adiecta imagine photographica. Ego huius tabulae nuntium dedi vol. III p. 1058 ex litteris Vesmii, ipsam edidi Eph. epigr. II (1875) p. 454 n. LIX.

Eiusdem legis alias epitomas duas noramus, alteram datam Diomedi Phrygio (vol. III p. 847 n. IV), alteram Matthaio Syro (l. c. p. 848 n. V). Consulius alterius nomen in hac nostra plenius enuntiatur addito cognomine

secundo Asiatici, quo idem Scipio item utitur in titulo urbano VI n. 1471 = Orell. 738. — Quem locum is de quo agitur miles in laterculo obtineat, haec epitoma cum paucis aliis eiusdem fere aetatis diligenter indicavit (v. vol. III p. 913). — Locus quoque legis expositae plenius paullo indicatur quam in gemellis epitomis, fere ut factum est in diplomate a. 70 (v. vol. III p. 916). — Testes conterranei sunt conveteranive, ut solent esse in diplomatis anno 71 antiquioribus, item pariter atque in Neroniano (vol. III p. 846 n. III) novem numero, cum legi septem satisfacerent (cf. vol. III p. 917).

extrinsecus: tabella prior.

SER · GALBA IMPERATOR · CAESAR AVG · PON
MAX · TRIB POT POTESTAT COS DESIGN · II sic
VETERANIS QVI MILITAVERVNT · IN LEGIONE · I
ADIVTRICE HONESTAM · MISSIONEM · ET · CIVI
TATEM · DEDIT QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA 5
SVNT IPSIS LIBERIS POSTERISQVE EORVM
ET CONVBIVM CVM VXORIBVS · QVAS TVNC
HABVISSENT · CVM EST CIVITAS IIS DATA ·
AVT · SIQVI · CAELIBES · ESSENT CVM · IIS
QVAS POSTEA DVXISSENT DVM TAXAT 10
SINGVLI · SINGVLAS · ANTE DIEM XI · K · IAN
C BELLICO NATALE · P · CORNELIO SCIPIONE ASIATIC · COS
TAB · II PAG · V LOC XVIII
VRSARI TORNALIS F SARD
DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM · EX TABVLA 15
AENEA · QVAE FIXA EST · ROMAE · IN CAPITOLIO
AD ARAM · GENTIS · IVLIAE · LATERE · DEXTRO

tabella posterior.

D ALARI PONTIFICA LIS · CARALITANI
M · SLAVI · PVTIOLANI CARALITANI
C · IVLI · ENECIO NIS SVLCITANI 20
L · GRAECINI · FELICIS CARALITANI
C · HERENNI · FAVSTI CARALITANI
C · CAISI · VICTORIS CARALITANI
M · AEMILI CAPITO NIS VET LEG · I
IVTRIC 25
C · OCLATI · MACRI CARALITANI
L · VALERI · HERM AE CARALITANI

1) pot potestat(e) extrins.

2) quorum nomina subscripta sunt om. intus.

3) XVIII om. intus.

4) ara intus.